Quaestio Medica Cardinalitiis excutienda Disputationibus In Scholis Medicorum, die Jovis 22 Martii.

Doctiss. Viro D. Guillelmo Cappel, Doct. Medico moderatore Sapientissimo.

Estne Ileus exercentium Intestina morborum acutissimus?

Corporis humani ex contraria elementorum natura in interitum proni, partibus quam sibi triplex morborum genus invadit, similaribus quidem intemperies, dissimilaribus prava conformatio, et utriusque intemperiei et pravae conformationis particeps continui solutio: quorum rursus quaecunque in parte fixerunt alii sunt chronici, alii breves et acuti, intra dies septimanarum iudicandi: cuiusmodi sunt in cerebro phrenitis, in spiritus instrumentis angina, peripneumonia, pleuritis, in ventriculo cholera, in intestinis tam utilium distributioni, quam inutilium excretioni dicatis Ileus, omnium malorum exuberantium intestina cumulus, morbus affectae partis praestantia, symptomatum vehementia, et curandi difficultate nulli alteri secundus.

Huius sedes tenue est intestinum, ut colici doloris crassum qui Ileo non aliter quam Apoplexiae et Epilepsiae vertigo, phlegmonae gangraena, et haec sphaceli, lipothymia syncopae, tenesmus dysenteriae, [illegible] atrophiae, cachexia hydropis, et elephantiasis, pleuritis peripneumoniae, haecque phrenitidis, sanguinis sputum phthisis, febris diaria hecticae, erratica quartanae, omni aetati familiaris; hic tamen tota vita [illegible] hominibus raro invaditur duntaxat est praeludium, quorum morborum ut quisque alteri succedit, ita principio magis timendus venit.

Praecipuae huius mali causae inflammatio et obstructio quibus accedunt [illegible] intestini in scrotum laxo aut etiam aperto peritonaeo prolapsus, venti ac frigidae praeter sudantibus afflatum sumptae potus, inedia longior ut totum corpus, sic intestina implens exsiccans, pertinax ciborum corruptio, longioris [illegible] quam in alvi profluviis, quae ut [illegible] si superveniant fructuosa, ita per plethoram, et quasdam suppressiones in bonis semper ducenda, dummodo sine febre contingentia intra dies septimos conquiescant: ad quos usque terminum Ileosi si perveniunt, nihil egerunt, ructus inanes edunt, toto frigent corpore, male spirant, sitiunt, urinam pravam eamque magis ad mortem, quam laudabilem ad salutem apparentem reddunt, febri continua (quia symptomatica) vexantur, unde primo dierum circuitu fatali acutissimorum morborum termino intereunt.

Symptomata (semper aut humoris morbifici, aut partis affectae propriorum) vehementissima summa sunt omnia, qualia nulli alteri intestinorum affectui communia, ob idque omne Medici consilium primo quoque tempore ad se trahentia, dolor ingens, vomitus praeter naturam motus, longo tamen alvi profluvio laborantibus utilis, singultus ab hypercatharsi pessimus, immitibus tamen quam sitibus supra modum purgatis prior, delirium, convulsio, stranguria, marcor, cordis ~~tremor~~ tremor, syncope, vigiliae, sudores frigidi, ut cum ~~[illegible]~~ miti febre aliae morbi longitudinem, sic cum acutâ hic propinquam mortem semper significantes, extremorum frigus, ea in morbis acutis quae dolore partium ad vitam attinentium lethalis: quorum pluribus simul concurrentibus [illegible] aegri [illegible] sui loco, velut tum nulla vitae salus sperabilis, cum interrupta a tumoris aut obstructionis loco excretionis via post laboriosum vomitum alvi excrementa motu peristaltico per os ejiciuntur.

Ut sunt duplices huius morbi ideae: Ita quoque Medicus duobus utitur instrumentis ratione et experientia, alia atque alia remedia ex variarum ipsius causarum perspicientia instituit: in tumore quidem artificialis contra dispositionis venae sectionem, semper exigentibus maioris virium robore purgationem, suadet: hanc vero, quia non est parum necessitati commoditatis, dissuadet, doloremque internum fluxionem in partibus affectam augenti, tam admovetur vel linimentis, fotibus, insessibus, oleis, cataplasmatis [illegible] emollientibus, clysteribus, quam sumptis ut iulepis, ac pilulis narcotica recipientibus, ob [illegible] somnum (omnibus excepto sudore fluxionem sistentibus) conciliantibus prospicit, in simplici obstructione clysteribus malacticis, et a liquidiore, si opus sit, acrioribus viam [illegible]: in ruptura scrotum ~~[illegible]~~ fovens emollitum intestinum opere chirurgico in suum locum restituit: in veneni suspicione alexiteria propria, oleum, lac, theriacam usurpat: sed quacunque ex causa maioribus, quam reliquis intestinorum affectibus curandis difficultatibus partis affectae conditio, et incommoda remediorum usurpatio facit, quod vires et astricta alvus clysteres, et balanos propria intestinorum auxilia respuit nec si admitti ad gracilia usque transmittit, nisi cum adversa natura via [illegible] confestim protrudit.

Ergo Ileus exercentium Intestina morborum acutissimus.

Asserebat Jacobus Nicolas Parisiensis, anno Domini 1576.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE